



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.I.], 1579

VD16 V 541

De Officio Archipresbyteri. Titulus XXIIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

stica officia, ut ritè exequantur, prouidere, Aco-
lytum ordinare, custodiam vasorum habere, de
tertio in tertium annum diocesim, & Ecclesiæ
Episcopo subiectas visitare, quæ emendatione
indigent corrigere, promouendos ad sacros Or-
dines & beneficijs Ecclesiasticis præficiendos, ex-
aminare: postea Episcopo examinatos & proba-
tos præsentare, sedibus cōdignis quemlibet Pre-
latum locare, omnem curam & sollicitudinem,
tam in clericis, quam in Ecclesijs eorum, (cūm su-
per his sit in districti examinis iudicio rationem
Deo redditurus) impendere cognitionem, & iu-
risdictionem ordinariam exercere, iurgia singu-
lorum audire, Archidiaconis, Diaconis, & reli-
quis inferioribus præsidere, & demum in om-
nibus vicem Episcopi gerere; nisi ardua negotia
maiorem autoritatem desiderent, c. i. c. ad hæc,
c. officium, c. mandamus, c. vt nostrum, extr.
eed.

DE OFFICIO ARCHI- presbyteri.

Titulus XXIII.

*Quis dicitur Archipres-
byter?*

AArchipresbyter dicitur Prælatus cæteris
presbyteris eminentior, vicem absentis
Episcopi in spiritualibus gerens, c. ministerium,
& c. officium, extr. eod.

Quod

Quod est eius officium?

Archipresbyteri officium est, officia sacra in cantanda Missa, benedictionibus conferendis, sacramentis administrandis, & ut sacerdotes in ipsi administrandis se probè gerant, curare, pœnitentem, infirmum consulto Episcopo reconciliare, pœnitentiam cunctis alijs sacerdotibus iniungere, atque Archidiaconi præceptis, sicuti etiam Episcopi, obsequium præbere, &c. c. ministerium, c. officium, extr. eod. c. nunquam, dist. 5. a consecrat, 25. quæst. 1. §. is ita, c. cùm venerabilis, extr. de consuet.

DE OFFICIO PRIMICERIJ.

Titulus XXV.

Quod est Primicerij officium?

AD Primicerij, qui & cantor, præcentor, vel succentor dicitur, curam specialiter pertinet, ut præsit in docendo Diaconis, reliquis gradibus Ecclesiasticis in Ordine positis, lectio-nesque Diaconis, quæ ad nocturna officia clericorum pertineant, absqueulla negligentia donet. Atque in his, quæ sibi commissa sunt iurisdictionem ordinariam habet, c. cùm ab. extr. de off. ordina. &c. vnico, extr. eod.

DE

